Hucbertuſ uicariuſ. Raginalduſ abbaſ. Algeriuſ monachuſ. Willelmuſ et warinuſ monachi. Witeriuſ decanuſ. Fulcheriuſ canonicuſ. Ebrarduſ canonicuſ. Wido de Escorchevillam. Hiſ que ita uenundatiſ et in ordinem bene fideliter firmatiſ: longo tempore poſtea in medio quadrageſime petiuit Bernarduſ deſirmitate loci beatiſſime marie tuſfiacenſiſ ducenſ ſecum treſ uiroſ militeſ. bouonem ſcilicet muſcatu. Fraunengerium. wallelium galdricum. et ibi inuenit raginaldum abbatem. cuius precatu et intercessione omniſ calumpniaſ quaſ antea frater eius hugo annuerat deo et sancto martiri uincentio de loco sancte marie tuſfiacenſi. ipſe quoque fideliter et ſine malo ingenio annuit et rite confirmauit: et ipse loci et sancti uincentii loci beneficium ſocietatemque a domino raginaldo abbate accepit: promittenſ ſe deinceps fore uerum et fidelem adiutorem monachiſ sancti uincentii et sancte marie contra omneſ perfidos homineſ et malignoſ inuaſoreſ. Sed ut hec firma et perpetualiter manerent inconuulſa: raginalduſ sancti uincentii abbas dedit illi centum ſolidos denariorum. quoſ accepit a maureno monacho sancti uincentii normanniuſ prepoſituſ iuſſu ipſiuſ bernardi in caſtro deſirmitate octaua die poſtea quo hec facta ſunt. Et preter centum ſolidoſ denariorum annuit de sua parte idem bernarduſ quicquid monachi sancti uincentii dono aut emptione adquirere potuerint de ſuo feuo: tali uidelicet ratione ut non perdat ſuum ſeruitium aliuſ hominibus. Huiuſ omnibus auctorizationiſ: pre[illegible] re. Riuet ad caſtrum deſir[illegible] lenciuſ et walteriuſ monachi. [illegible] centii uidente raginaldo abbate uoluntatem capitulo sancti uincentii et illa precepit Alernardo ut huius rei huiusque firmioniſ daret illiſ fideiuſſores. Quod ille libentius et alacri animo faciens: eosdem fideiuſſores dedit quos antea frater eius hugo dederat, et multos ipse etiam adiunxit. Gaufridum de uilarcelio. Guinardum fartumum. Rainaldum filium fulcredi. Goscelinum maiorem. Hoc etiam factum fuit induttione, presentibus existente. et aliis multis testibus. Normanno preposito. Fraunengerio. Gilleberto ceruelarie. walterio godnac. Alberico uenatore. Warino de [illegible] canna. walterio filio hitgardis. Alberico et beringerio brenariis. Groſtino discurrtere[illegible]. Gireio. Wido [illegible]uano. Alberico et walterio monachis.

De uineis medietate quam dedit gaudis[illegible]

Notum ſit sancte dei eccleſie fidelibus tam preſentibus quam futuris quod gauzbertus ciuis cenomannensis pro remedio anime ſue et parentum ſuorum donauit deo et beate marie tuſfiacenſis eccleſie pratum medietatem alodii ſui cum [illegible]. Deinde uero ipſo mortuo filius eius gaubertus et illud donum quod pater ſuus antea fecerat annuens auctorizauit: et alteram partem ſupradicti alodii deo et beate marie tuſfiacenſis perpetuum [illegible] annuentibus tribus ſororibus ſuis [illegible] uidelicet [illegible] atque arnuberga [illegible] pro hoc tamen dederunt predicto [illegible] gauberto abbas goscelinus et monachi tufiacenses. x. libras denariorum [illegible] atque stabilis absque omni calumpnia [illegible]